Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

laudamus considerare: siquidem socrates dicere solebat: non esse difficile athenienses apud athenienses laudare. Sed quod apud singulos honori est: id esse affirmare: ut apud scythas apud laconas: apud philosophos. Ac communiter honorabile asserere oportet quod quod honestum sit. Quoniam quia eum esse videt. Item quecumque ut conuenient est: veluti si maioribus digna si in eos tribuit: ad honestatem namque aut felicitatem pertinet honoribus attribuo. Aut etiam si preter id quod conuenient est: ad melius atque honestius ut si qui utitur secunda fortuna ib moderatus sit: et qui aduersa ib magnanimus. Aut si tu ad maiora contendit: frugi tamen magis: ac facilius sit: quale illud est ypphicratis: o que sunt et quibus et illis quia deuicit olympia: qui prius in humeris dura ferebat asilla. Et illud simonidis cuius mulier pater ac maritus tyrannorum fratres fuerunt. Verum quoniam laus ex operationibus est virtuosisque quid electione agere: ita dicendum: ut ostendatur electione ipsum gessisse: que gesserit. Quam ad rem confert: ut sepius factisse demonstretur. Tu ace que casu aut fortuna facta sunt: consilio ac iudicio attribuenda. Nam si multa similia ex connectuntur virtutibus atque iudicio videtur esse iudicium. Cum uero laus sit magnitudine virtutis ostendens oratio: oportet operationes extollere. Laus igitur operis est. Ea uero que asserunt certa: ut fidem faciant: dicuntur: ut nobilitas doctrina. Quemadmodum simile namque est bonum esse ex bonis: et sic educatu humanitatis esse. Laudamus ergo eos: qui fecerunt: quoniam facta signa sunt habitus. Nam etiam eum qui non fecit laudaremus: si tale esset tederemus: beatio uero et felicitatio ipsis quidem eadem: ipsis autem non eadem: sed ut felicitas virtutis: sic continet hec felicitatio. Habent autem commune species laudis in deliberatione. Nam que in admonendo dicere: ea dictione ordinis commutata laudem constituunt. Cum ergo heas que agenda sunt: et qualem quemque esse oporteat: hec quasi admonendo dicta: uerbis commutanda transponendaque

constituunt

beatio uero et felicitatio Hec sunt etiam in 2° lib° m° 16° qd d' narrare poss, ordo q' ipse orationis difficultatem ex ipsis fere ubis esse repetit. Sensus ergo talis est. Ea que faciunt habitum ipse signa sunt qui soli vere laudes sunt. Nam si beati facta a malis etiam habitibus simulare quasi aut alia causa plerique profitentur, si alii in laudando felicitandique horum fieri non possunt. Habitus enim animi non nisi factis ostendunt. Si si ipsi esset bonus esset hinc aliquam etiam si forte non fuit sed habitum aliqua d' causa impediens ipsum profecto beatum laudaremus felicitaremusque felice putaremus et predicaremus ipse virtutes habitus. Cum beatio et felicitatio ipsis si in diuersis eadem sint sicut in felicitate q' est in ipsis. Cum enim cum vere felices beatique sint felicitatem beatique etiam nunc possunt. Nec per aut hoc, nec per culpa sua. Si non qui felicitando eos beatos ostendunt. Hijs autem qui si videntur quasi felices atque beati, qui affluunt fortune bonis quia fortunate bene quoque quidem non a bono habitu forte oriunt. Nam operatio et fortuna